

929

aliæque pravæ dispositiones, morbiq; varii, non  
immetitò annumeratur.

χελιοτ.

Regimen ac moderamen RERUM non NATURALIUM Medicis  
dictatum, in conservandâ hominis sanitate, plurimum habere  
momenti; earundemque administrationem legitimam, in abigen-  
dis morbis, valere multum; omnes docent Medici, quotidiana-  
que id satis comprobat experientia. Quorum usum, cum nobis ef-  
fugere non liceat, eo meliorem ejus meritò habere debemus ratio-  
nem. Præsertim verò, quantum neglectus ejus i præsenti nostro  
affectu damni inferre possit, satis manifestum est. Nec causam fa-  
cile ullam aliam, quod hodie illud tam vulgariter grassetur, red-  
di posse, existimamus, quam eam; à Joan. Lang. epist. med. l. 2. c.  
piſt. 3. d. novis morb. quæ adducitur: pravam nimiram vixtus ratio-  
nem, succendentibus mætore ac curis, homines confidentibus.  
Dicuntur verò illæ à plurimis causæ externæ; sed commodius cum  
*Sennert. l. 2. Inſt. p. 2. c. 2.* EVIDENTES nuncupari posse, putamus: cu[m]  
earum aliquot non extra, sed internè, corpus afficiant; omnes ta-  
men evidenter & manifestè. Quod verò à quibusdam, in necessa-  
rias, & non necessarias dividantur, ideo omittimus lubenter; quod  
ex, utpote, quæ certo numero ita comprehendendi non possint, no-  
stræ haud sint considerationis. POSTERIORES itaq; jam suo propone-  
mns ordine; illis tamen, si necessitas svadere videatur, minimè  
neglectis. In quatuor verò cum non incommodè omnes simul di-  
ſtribuantur classes, & nos istū retinebimus ordinem. Prima igitur sit  
eorum, quæ ASSUMUNTUR. AER itaq; cum juxta Gal. l. 6. de morb. vulg.  
*S. l.* variè nos alteret, & sine eo ne momentum quasi vivere possi-  
mus; meritò primo conituitur loco, consideraturq; hic, quatenus  
respiratione attrahitur, intraq; corpus assumitur. Is si sit crassus, tœ-  
tidus, nebulosus, impurus; variis infectus vaporibus, ac inquina-  
tus exhalationibus, è palustribus, udosis, ulignosisque locis, pa-  
ludibus ac lacubus, elevatis, attractus respiratione; Spiritus vitales  
animalesque inquinat, crassosque impuros, ac ad munia sua inep-  
tos reddit; sanguinem fœdat ac humoribus suam imprimit naturam.

D

Joan.